Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



82

quia ipsi dm uidebunt. Et fides mundat corda eorū; Illud
in euangelio. hoc in actibus apl̄ō legitur. Fides aūt quia
eorū qui dm uisuri sunt quamdiu peregrinantur corda
mundantur. Quod non uidet quis credit. Nam si uidet non
est fides. Credenti colligitur meritū. uidenti redditur
premium. Eat ergo dnis. et paret locum. eat ne uideatur.
lateat ut credatur. Tunc enī locus paratur. si ex fide uiua
tur. Creditus desideretur. ut desideratus habeatur. Deside
riū dilectionis. preparatio est mansionis. Nunc est dilectissimi
ut quantū ualemus intelligamus de uerbis dni posterior̄
priora. et consequentibus precedentia. in eo qd audistis
apl̄o thome interroganti ee responsum. Dixerat enī prius
dnis cū de mansionibus loqueretur. quas et ee dixit in domo
patris sui. et ire se ut ppararet eas. ubi intelleximus et ee
iam mansiones ipsas in ppdestinatione et preparari eas. cum
qui ibi mansuri sunt p fide corda mundantur. quo ipsa di
domus. ipsi sunt. Et quid ē aliud manere in domo di quā
ee in ppplo di. cum ipse ppls est in dō. et ds in eo. Hoc ut
prepararet dnis abiit. ut credendo in eum qui ñ uidetur.
ea que in specie semp futura est. nunc p fide mansio ppar̄et.
Propterea ergo dixerat. et si abiero et preparauero uobis
locum. iterū ueniō et accipiam uos ad me ipsum. ut ubi ego
sū. et uos sitis. et quo ego uado scitis. et uiā scitis. Ad hec
dicit thomas. Dñe. non scimus quo uadis. et quomodo possu
mus uiā scire. Utrumq; illos dnis dixerat scire. utrumq; dixit
iste nescire et locum quo itur. et uiā qua itur. Sed nescit
ille mentiri. ergo isti sciebant. Coniuncat eos iam scire. qd se